

cemseo, qui antea accurate considerare debet, qualis-
 lismam sit causae efficientis indoles, qualis actio,
 ejusque vis quanta: quali vero benignissima natura
 motuum et resistentiae vi ei resistere soleat, ad
 maturandum et judicandum (§. 16.) (g): ab his
 enim turba symptomatum enascitur (§. 19.) ex
 quibus uniuscujusque morbi cognitio et praenotio
 satis elucescit (§. 25.) (h); et ab his iterum cla-
 re notis et consideratis dextre assumuntur illa,
 quae extrinsecus quidem assumpta obstaculo fieri
 huic mutuae actioni dixi, (§. 22.) ea autem sunt
 quodlibet remedium et medicamentum, quae hanc
 actionem evertere valent; et ex his ea quae prius
 vim efficientis hebetant, ea quae antea digerunt,
 et ea quae rite praeparant, ea etiam quae dein
 eam e medio tollunt (§. 22.); et adhuc ea, quae
 quodammodo roborant, et tempestive excitant;
 vel immodicam vim resistentiae compescunt parum
 et mitigant (§. 24.); neutiquam autem ea, quae
 ipsam perturbant et laedunt (§. 26.) (i); quae
 ante omnia quilibet medicus scire tenetur,

tam-

(g) id. L. I. p. 4. 5. 20. Junk. ib. T. I. p. 5. n. 1—4. et Tab.
 LV. p. 461. n. 1. et p. 463. n. 3. 4. Gaub. ib. §. 18. seq. et
 51. Home ib. L. I. p. III. sect. III. 5. (h) Gaub. ib. §. 96.
 III—117. Home L. I. p. II. sect. XI. 4. (i) Sydenh. in
 praefation. p. 17. Home ib. L. I. p. III. sect. I. 8.